

**INTROIT Ps 44:13; 44:15; 44:16**

Vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis: adducántur Regi Vírgines post eam: próximæ eius adducéntur tibi in lætítia et exsultatióne. Ps 44:2 Eructávit cor meum verbum bonum: dico ego ópera mea Regi. Glória Patri et Filio et Spíritui Sancto, sicut erat in princípío, et nunc, et semper, et in sæcula sæculórum. Amen. Vultum tuum deprecabúntur omnes dívites plebis: adducántur Regi Vírgines post eam: próximæ eius adducéntur tibi in lætítia et exsultatióne.

**COLLECT**

Concede, quæsumus, omnipotens Deus: ut fidèles tui, qui sub sanctíssimæ Vírginis Mariæ Nómine et protectióne lætántur; ejus pia intercessióne a cunctis malis liberéntur in terris, et ad gáudia ætéRNA perveníre mereántur in coelis. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**LESSON Eccli. 24: 23-31**

Ego quasi vitis fructificávi suavitátem odóris: et flores mei fructus honoris et honestátis. Ego mater pulchræ dilectiónis et timóris et agnitiónis et sanctæ spei. In me grátia omnis viæ et veritátis: in me omnis spes vitæ et virtútis. Transíte ad me, omnes qui concupiscitis me, et a generatióibus meis implémini. Spíritus enim meus super mel dulcis, et heréditas mea super mel et favum. Memória mea in generatióibus sæculórum. Qui edunt me, adhuc esúriunt: et qui bibunt me, adhuc sítient. Qui audít me, non confundétur: et qui operántur in me, non peccábunt. Qui elúcidant me, vitam ætéRNam habébunt.

**GRADUAL**

Benedícta et venerábilis es, Virgo María: quæ sine tactu pudóris invénta es Mater Salvatóris. Virgo, Dei Génatrix, quem totus non capit orbis, in tua se clausit víscera factus homo.

**LESSER ALLELUIA**

Allelúja, allelúja. Post partum, Virgo, invioláta permansísti: Dei Génatrix, intercède pro nobis. Allelúja.

**GOSPEL Luke 1:26-38**

In illo témpore: Missus est Angelus Gábriel a Deo in civitátem Galilaeæ, cui nomen Názareth, ad Vírginem desponsátam viro, cui nomen erat Ioseph, de domo David. et nomen Virginis Mariæ. Ei ingrédus Angelus ad eam, dixit: Ave, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus. Quæ cum audisset, turbáta est in sermóne eius: et cogitábat, qualis esset ista salutatio. Et ait Angelus ei: Ne tíneas, María, invenísti enim grátiam apud Deum: ecce, concípies in útero et páries fílium, et vocábis nomen eius Iesum. Hic erit magnus, et Fílius Altíssimi vocábitur, et dabit illi Dóminus Deus sedem David, patris eius: et regnabit in domo Iacob in aetérnum, et regni eius non erit finis. Dixit autem María ad Angelum: Quómodo fiet istud, quóniam virum non cognóscó? Et respóndens Angelus, dixit ei: Spíritus Sanctus supervéniet in te, et virtus Altíssimi obumbrábit tibi. Ideóque et quod nascétur ex te Sanctum, vocábitur Fílius Dei. Et ecce, Elísabeth, cognáta tua, et ipsa concépit fílium in senectúte sua: et hic mensis sextus est illi, quæ vocátur stérilis: quia non erit impossibile apud Deum omne verbum. Dixit autem María: Ecce ancílla Dómini, fiat mihi secúndum verbum tuum.

**OFFERTORY Luke 1:28, 42.**

Ave, María, grátia plena; Dóminus tecum: benedícta tu in muliéribus, et benedíctus fructus ventris tui.

**SECRET**

Tua, Dómine, propitiatióne, et beátæ Mariæ semper Vírginis intercessióne, ad perpétuam atque præsentem hæc oblátio nobis proficiat prosperitátem et pacem. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

**COMMUNION**

Beáta víscera Mariæ Vírginis, quæ portaverunt ætéRni Patris Fílium.

**POSTCOMMUNION**

Sumptis, Dómine, salutis nostræ subsidiis: da, quæsumus, beátæ Mariæ semper Vírginis patrocinii nos ubíque prótegi; in cuius patrocinio hæc tuæ obtúlimus majestáti. Per Dóminum nostrum Jesum Christum, Fílium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti, Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

All the rich among the people shall entreat Thy countenance: after her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to thee in gladness and rejoicing. Ps. My heart hath uttered a good word: I speak my works to the King. Glory be to the Father, and to the Son, and to the Holy Spirit, as it was in the beginning, is now, and ever shall be, world without end. Amen.. All the rich among the people shall entreat Thy countenance: after her shall virgins be brought to the King: her neighbors shall be brought to thee in gladness and rejoicing.

Grant, we beseech Thee, O almighty God, that Thy faithful people, who rejoice in the name of and protection of the most holy Virgin Mary, may by her loving intercession be delivered from all her evils on earth and be found worthy to come to everlasting joy in heaven. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

As the vine I have brought forth a pleasant odor, and my flowers are the fruit of honor and riches. I am the mother of fair love, and of fear, and of knowledge, and of holy hope. In me is all grace of the way and of the truth, in me is all hope of life and of virtue. Come over to me, all ye that desire me, and be filled with my fruits; for my spirit is sweet above honey, and my inheritance above honey and the honeycomb. My memory is unto everlasting generations. They that eat me, shall yet hunger; and they that drink me, shall yet thirst. He that hearkeneth to me shall not be confounded, and they that work by me shall not sin. They that explain me shall have life everlasting.

Thou art blessed and venerable, O Virgin Mary, who with purity unstained was found to be the Mother of our Savior. V. Virgin Mother of God, He whom the whole world was unable to contain enclosed Himself in thy womb, being made man.

Alleluia, alleluia. After childbirth thou didst still remain an inviolate virgin: Mother of God, intercede for us. Alleluia.

At that time: And in the sixth month, the angel Gabriel was sent from God into a city of Galilee, called Nazareth, To a virgin espoused to a man whose name was Joseph, of the house of David: and the virgin's name was Mary. And the angel being come in, said unto her: Hail, full of grace, the Lord is with thee: blessed art thou among women. Who having heard, was troubled at his saying and thought with herself what manner of salutation this should be. And the angel said to her: Fear not, Mary, for thou hast found grace with God. Behold thou shalt conceive in thy womb and shalt bring forth a son: and thou shalt call his name Jesus. He shall be great and shall be called the Son of the Most High. And the Lord God shall give unto Him the throne of David His father: and He shall reign in the house of Jacob for ever. And of His kingdom there shall be no end. And Mary said to the angel: How shall this be done, because I know not man? And the angel answering, said to her: The Holy Ghost shall come upon thee and the power of the Most High shall overshadow thee. And therefore also the Holy which shall be born of thee shall be called the Son of God. And behold thy cousin Elizabeth, she also hath conceived a son in her old age: and this is the sixth month with her that is called barren. Because no word shall be impossible with God. And Mary said: Behold the handmaid of the Lord: be it done to me according to thy word.

Hail Mary, full of grace; the Lord is with thee: blessed art thou among women, and blessed is the fruit of thy womb.

By Thy gracious mercy, O Lord, and the intercession of blessed Mary ever Virgin, may this offering be of avail to us for welfare and peace now and for evermore. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.

Blessed is the womb of the Virgin Mary, which bore the Son of the Eternal Father.

Having received, O Lord, these helps to our salvation, grant, we beseech Thee, that we may be ever protected by the patronage of blessed Mary ever Virgin, in whose honor we have made these offerings to Thy majesty. Through our Lord Jesus Christ, Thy Son, Who lives and reigns with Thee in the unity of the Holy Spirit, God, forever and ever.